

VII. König Rudolf weist dem Johann von Metz ein Burglehen in Germersheim an. 1286 Apr. 16.¹

Or. Hausarchiv K. 39 L. 5.

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri imperii Romani | fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos strennui viri Iohannis de Meti dilecti fidelis nostri fidei puritatem constantissimam, qua nobis et sacro Romano imperio dinoscitur fervencius adhesisse et servire poterit fructuose, regie beningnitatis^a oculis favorabiliter intuentes, ipsum nobis et imperio in castro Germirsheim conquisivimus in castrensem et pro eo sexaginta marcas argenti sibi promittimus nos daturus, pro quibus sexaginta marcis eidem Iohanni sex marcarum argenti redditus annuos assignavimus apud Herde² de thelonio navium ascendencium recipiendos hiis terminis vel presentandos eidem per officialem, qui dicto thelonio pro tempore prefuerit, videlicet tres marcas in festo Pasce et reliquas tres in nativitate Domini annis singulis, et habendos tamdiu quousque sibi vel suis heredibus legitimis dicte sexaginta marce per nos vel successores nostros in imperio plenarie persolvantur. Quibus ipsis persolutis ipsas convertent in predia et ipsa in castro Germirsheim nomine castrensis feodi per residencias personales deservire perpetuo tenebuntur. In quorum omnium testimonium^b presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in castris apud Lutdirburg, XVI. Kal. Maii, indiccione XIII, anno domini MCCLXXX sexto, regni vero nostri anno tercio decimo.

Mit wohlerhaltenem Siegel an Seidenfäden.

VIII. König Rudolf entscheidet einen Streit zwischen dem Bischof von Eichstädt und Ludwig d. j. von Oettingen wegen eines Burgbaus. 1289 (März)³.

Or. Reichsarchiv, Kaisersselect Nachträge 117^{1/3}.

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

a) So Or. b) 'testimonium' Or.

1) Vgl. die ähnliche Urk. von Apr. 22, Böhmer, Reg. Rudolfs 885. Siehe unten unsere n. X. 2) Hört am Rhein. 3) Böhmer, Reg. Rudolfs 983. Reg. Boica IV, 419. Die interessante Urkunde war bisher ganz ungenügend gedruckt. Vgl. die Anmerkung bei Böhmer.